



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Horæ Canonicæ. I. in se, & quoad attentionem & obligationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Sufficit autem esse volitum in causa adeo propinqua morti, vt moraliter vix se compatiatur velle illam causam, & nolle occidere, vt propinare venenum, quod scit esse mortiferū, vel punctū ferire circa præcordia, vel circa caput etiam cæsim. num. 240.

Potest homicidiū esse directe voluntarium vni, & non alteri, vt homicidium quod facit Petrus animo occidendi, mandante Ioanne, vt tantum inferat aliquam iniuriam leuem citra deformationem. ibid. quid teneatur restituere homicida. vide tit. restitut. 2.

De comedente carnes humanas, vide tit. Gula.

#### HONOR ET HONORATIO.

Bona honoris & famæ sunt inferiora bonis salutis, & vitæ, & maiora bonis fortunæ, seu pecuniæ. cap. 16. num. 44. vide tit. Fama, & tit. Bona.

Peccat subditus denegās superioribus debitum honorē. c. 14. nu. 22. De honore quem filius debet parentibus. vide tit. Filius.

#### HORÆ CANONICÆ.

I. in se & quoad attentionem  
& obligationem.

**A**Horarum recitatio obligat sub mortali  
Heos qui tenentur. cap. 25. num. 97.

Peccat

Peccat mort. qui recitat notabiliter male, deglutiendo syllabas, incipiendo versus antequam socius finiat, & alia huiusmodi.

num. 98.

Multa excusant ab hoc præcepto. I. Infirmiras: nec tenetur infirmus ab alio recitante audire: nec horarum loco, mēte Deum precari. 101.

II. Occupatio repentina, quæ sine scandalo, vel peccato omitti non potest: vel occupatio magni momenti, sicut lectio oppositionis. Non tamen excusat quis, eo quod studeat, inserviat, vel peregrinetur.

III. Defectus Breuiarij siue sua culpa C contingat, siue absque illa, dummodo pœnitentia culpæ præteritæ. IV. Dispensatio summi Pontificis. cap. 25. num. 102. & 103.

Obligatio recitandi in beneficiario ex acceptatione tituli Beneficij nascitur, non ex quantitate redditus. Nihilominus si omnino defini fructus in præsens, vel in futurum, vel sicut distributiones quotidianæ simul cum fructibus defint, cessabit obligatio. nu. 102. 103. Defectus attentionis necessariae est mortal is. 105.

Attentionis necessaria in recitando est propositum actuale vel virtuale in principio recitandi horas, & postea actualis, vel virtuale. Et est triplex, Verborum, Rerum signifi-

A a cata

370 H O R A E I . E T I I.

catarum,& personarum,ad quas diriguntur.  
Et qualibet harum.sufficit.num.105.106.

**D** Propositum attendendi actuale vel vir-  
tuale tollitur per expressum contrarium, vt  
qui non vult attēdere:& per tacitum, vt qui  
aduertit se enagari,& non reuocat animum.  
num. 106.Secus si inaduertenter.nu.107.Vel  
qui deliberatē se occupat rebus exterioribus  
attentioni incompatibilibus.num.106.

Non sufficit recitare per Breuiariū trium  
lectionum.num.107.

H O R A E I I . Q V O A D  
personas qua tenentur recitare.

**A**T Enentur recitare horas clericus ordi-  
natus Sacris, & Beneficiarius, etiam si  
non ordinatus Sacris, Monachus, & Monialis,  
ad chorūm deputati.cap.25.num.97.

Qui verò profitetur ad alia obsequia ex-  
tra chorūm, sicut ad officia bellica, vel ser-  
vilia, non tenetur ad illas, sed ad alia loco  
earum per ordinem statuta.ibid.

Excommunicatus etiam denunciatus te-  
netur seorsum recitare.num.102.

Et qui habet beneficium etiam tenue-  
rit, etiam sine fructibus, modò habeat distribu-  
tiones, tenetur recitare : secus si nullos fru-  
ctus aut nullas distributiones capiat,nec per  
se,nec